

Bulla Clemētis. v ii. Pont. Max.

De electione Ro. Pontificis. quam maxime Re
uerendus, idemq; Ornatissimus Dominus .D.
Antonius Cardinalis de Monte Episcopus Portu
ēsis, summaq; integritate ac prudentia Legatum
in Vrbe agens, emittēdam curauit, ne quenquam
lateret ipsius Sāctissimi Domini, Domini nostri

SALVTARIS PROVIDENTIA



CLEMENS EPISCOPVS SERVVS
seruorum Dei, ad futuram rei memoriam.

Cum Charissimus in Christo filius noster Carolus Roman. et Hispaniarum Rex catholicus in Imperatore electus, intellexisset Turcarum tyrannum potentissimo exercitu ad denuo regnum Hungariae inuadendum et occupandum uenire, cognoscensque propterea non solum Regnum ipsum sed totam remp. Christianam in max. uersari discrimine, ac desiderans Ferdinando Regi Hungariae fratri suo dulcissimo, ipsique reip. Christianae opere ferre pro ad eius officium, cum aduocatus ecclesiae existat, pertinere cognoscebat, omnibus suis regnis dimissis, quibus primam ad Italiam uenit, offerens Pacem illam, quam Iesus Christus in coelum ascendens suis reliquit discipulis, regibus et principibus christianis ac Italiae potentatibus, sine qua eidem Turcarum tyranno resisti non posse cognoscebat, et pro homini uniuersali pace facilius componenda, nuper nobis suis litteris significauit plurimum expedire, ut in ciuitate nostra Bononiae quibus celerius fieri posset, insimul conueniremus ut totam Italiam tandem a tot calamitatibus liberaremus, illique pacem daremus, ut illa placata, illius potentatus ac barones unitis animis et uiribus, non solum dicto Turcarum tyranno resisti, sed ipse cum toto eius exercitu profligari possit, Nos eius pietatem et honestum desiderium plurimum in domino commedantes, etsi ex graui infirmitate, qua tot mensibus detenti fuimus, conualuerimus, tamen pristinas corporis uires adhuc non recuperauimus, occasione tamen rei bene gerendae et tam necessarii boni omittere nolentes, cognoscetes ad officium nostrum pertinere pro salute gregis dominici nobis commissi, periculo uitae nos exponere et ad ciuitatem ipsam Bononiam omni celeritate et mora cessante nos conferre,

in alma tñ Vrbe nostra caufarū et litterarū Apostolicarū audi
entiā relinquētes ac relinquere declarantes ad effectū , ut si āte
reditū nostrū ad urbē ipsam , nos ab hac luce migrare cōtin
geret, in ipsa urbe, in qua audientiā memoratā relinquimus et
nō in ciuitate Bononiæ seu alio loco, in quo, tempore obitus
nostri, cū nostra curia resideremus, electio R. Pontificis fieri
dbeat, nisi ipsa urbs, tunc interdicta, uel cōtra ecclesiā Ro.
in manifesta rebellione p̄sisteret seu de impressione dubitaret
sicut alias ex causis tunc expressis, p̄ximis ānis circa electionē
Pōtificis in euetū obitus nostri, ita et nūc etiā p̄uidere d̄i
de ramus et itendimus . Habita igitur sup his, cū Ven̄. fratribus
nostris . S . R . E . Cardinalibus , matura deliberatione et di
ligenti examine, et de eorūdem cōsilio et unanimi cōsensu,
caufarū et litterarū Apost . audientiam in ipsa urbe, post no
strū ab ea discessū remanere, ad effectū ut si ante reditū nost
rū ad ipsā urbē, nos ab hac luce migrare cōtingeret, ibi et nō a
libi ubi nos mori cōtingat, electionē Ro . Pontificis celebra
ri debere, nisi Vrbs ipsa tunc interdicto subiaceret uel esset
aperte rebellis aut inibi de impressione dubitaret ut p̄æfert .
Sup quo, maioris partis Cardinaliū tunc ibidē exultentium
decisioni stari, et tunc in ciuitate Castellana seu Vrbeuetana
aut Perusina seruato scripturæ huiusmodi ordine, fieri d̄bere
dummodo illæ ecclesiastico interdicto subiectæ seu rebelles
nō fuerint, ut p̄fert . Ac per se, re. Alexandrū . III . Licet
de euitanda, et Gregoriū . X . in Lugdunē. Vbi periculū. et.
Ne Ro . incipientes, p̄ Clemetem . V . Ro . pōtifices p̄dece
ssores nostros in Viēnē. conciliis circa electionē eandē hactē
nus editas cōstitutiones et alias extrauagātes in omnib. in eis
cōtētis seruari et in suo robore p̄manere d̄bere uolumus atq;
decernimus, Nos enim electionē alibi, cōtra p̄sentiū tenorē p̄

eisdē Card. factā , nullā et irritā fore , ipsosq; Card. ad aliā
electionē Ro. Pontificis seruata eorū dē p̄sentiū litterarū for
ma p̄cedere d̄bere, et p̄ eos cōtra p̄missa nullatenus disp̄sari
posse etiam decernimus . Nulli ergo omnino hominū liceat
hanc paginā nostræ declarationis, int̄tionis, uolūtatis et de/
creti iſfringere uel ei ausu temerario cōtraire. Si quis autē hoc
attētare p̄sūperit indignationē omnipot. dei et beatorū Pe
tri et Pauli Ap. eius se nouerit i cursurū. Datū Romæ apud
• S . Petrū anno i carnationis dominicæ M D X X I X pri
die non . Octobris . Pontificatus nostri Anno . VI .



• B . MOTTA .

